



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia**

**Erasmus, Desiderius**

**Erphordie, 1520**

**VD16 B 4591**

Capvt. XI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34488**

SECVNDVM.

tit ad eū, ac dicebat: Ioannes qđē signū ædidiit nullū. Omnia autē  
quæcunq; dixit Ioannes de hoc, vera erant, & crediderunt multi  
illuc in eum. ¶ CAPVT. XI.

Egrotabat aut̄ quidā nomine Lazarus Bethaniensis a  
castello Mariæ & Marthæ huius sororis. Maria autē  
erat ea quæ vnxit dñm vnguento, & extersit pedes  
eius capilli s̄ suis, cuius frater Lazarus ægrotabat. Misericordia ergo  
sorores eius ad eū dicentes: Dñe, ecce quē amas, ægrotat. Audit  
ens aut̄ Iesus, dixit: Infirmitas hęc nō est ad mortē, sed p gloria  
dei, vt glorifice ē filius dei per eā. Diligebat aut̄ Iesus Marthā &  
sororē ei⁹ & Lazarū. Ut ergo audiuit qđ egrotaret, tum qđ t̄pis  
mansit in eōdē loco duob⁹ dieb⁹. Deinde post hoc dicit discipulis:  
Eam⁹ in Iudæā iterū. Dicūt ei discipuli: Rabbi, mō q̄rebāt te Iu  
dæi lapidare, & iterum vadis illuc? Respondit Iesus: Nōne duo/  
decim sunt hore dei? Si quis ambulauerit in die, nō offendit: q̄a  
Iucē hui⁹ mundi videt. Si q̄s aut̄ ambulauerit in nocte, offendit  
quia lux nō est in eo. Hec ait, & post hęc dicit eis: Lazar⁹ amic⁹  
n̄r dormit, sed vado ut a somno excite eū. Dixerūt ergo discipuli  
ei⁹: Dñe, si dormit, salu⁹ erit. Dixerat aut̄ Iesus de morte ei⁹, at illi  
putauerūt, qđ de dormitione somni diceret. Tūc ergo Iesus dixit  
ei⁹ manifeste: Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, vt cre  
datis, qđ non fuerim ibi. Sed eamus ad eū. Dixit ergo Thomas  
qui dicit̄ didymus, ad discipulos: Eamus & nos vt moriamur cū  
eo. Venit itaq; Iesus, & inuenit eū quattuor dies iā in monumen  
to habentem. Erat aut̄ Bethania iuxta Hierosolymam fere stadijs

quindecim. Multicq; ex Iudeis venerant ad Marthā ac Mariā, vt  
consolarent̄ eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit qd Iesus ve-  
nisset, occurrit illi: Maria vero domi desidebat. Dixit ergo Mar-  
tha ad Iesum: Dñe, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.  
Sed & nunc scio, quod quæcunq; poposceris a deo, daturus tibi  
sit deus. Dicit illi Iesus: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha:  
Scio quod resurget in resurrectione in nouissimo die. Dicit ei Ie-  
sus: Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me, etiā si mortu⁹  
fuerit, viuet: & oīs qui viuit & credit in me, non moriet̄ in æternū.  
Credis hoc? Ait illi: Etiā dñe. Ego credo, qđ tu sis Christus ille  
fili⁹ dei, qui in mundū ventur⁹ erat. Et cū hæc dixisset, abiit & vo-  
cauit Mariā sororē suam clanculū dicens: Magister adest, & vocat  
te. Illa vt audiuit, surgit cito, & venit ad eum. Nondū aut̄ venerat  
Iesus in castellū, sed erat in eo loco, vbi occurrerat ei Martha. Iudei  
ergo qui erāt cū ea in domo & cōsolabāt̄ eā: cū vidissent Mariā  
qd cito surrexisset & exisset, secuti sunt eā, dicentes: Vadit ad mo-  
numentum, vt ploret ibi. Maria ergo cū venisset eo, vbi erat Iesus  
videns eū, accidit ad pedes eius, & dicit ei: Dñe, si fuisses hic, non  
esset mortu⁹ frater me⁹. Iesus ergo vt vidit eā plorantē, & Iudeos  
qui venerāt cū ea plorātes, infremuit spiritu & turbauit seipsum  
& dixit: Vbi posuistis eum? Dicunt ei: Dñe, veni & vide. Lachry-  
matus est Iesus. Dixerunt ergo Iudei: Ecce quomodo amabat  
eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt: Non poterat hic qui ape-  
ravit oculos cæci, facere, vt & hic non moreretur? Iesus ergo  
tumsum tremens in semetipso, venit ad monumentum: Erat

## SECVNDVM.

aūt spelunca, & lapis impositus erat ei. Ait Iesus: Tollite lapidē  
Dicit ei Martha soror eius qui mortu⁹ fuerat. Dñe, iam olet, qua  
triduan⁹ est em⁹. Dicit ei Iesus: Nōne dixi tibi, quod si credideris,  
visura esses gloriā dei? Sustulerunt ergo lapidē a loco, vbi is qui  
mortuus fuerat, erat positus. Iesus aūt attollens sursum oculos,  
dixit: Pater grās ago tibi, qm̄ audisti me. Ego aūt sciebam, quod  
semper me audis, sed propter turbā quæ circūstat dixi, ut credāt,  
quod tu me miseras. Atq̄ hæc cū dixisset, voce magna clamauit:  
**Lazare, veni foras.** Et prodijt q̄ fuerat mortuus, manus & pedes  
hñs reuinctos fascijs sepulchralibus, & facies illius sudatio erat  
obuincta. Dicit eis Iesus: Soluite eum, & sinite abire. Multi ergo  
ex iudæis qui venerant ad Mariā, & viderant quæ fecisset Iesus,  
crediderūt in eū. Quidā aūt ex ipsis abierūt ad phariseos, & dixe  
runt eis, quæ fecisset Iesus. Congregauerunt ergo pontifices &  
pharisei cōciliū, ac dicebāt: Quid facimus, quia hic hō multa sig  
na ædit? Si permiserimus eū sic, omnes credent in eum. Veniētq̄  
Rhomanī, & tollent tū locū nřm, tum gentem. Vnus aūt ex ipsis  
Caiaphas noīe, cū esset pontifex anni illius dixit eis: Vos nescitis  
quicquā, nec perpenditis, quod expedit nobis, vt vnus hō mos  
tria ē pro populo, ac nō tota gens pereat. Hoc aūt a semetipso non  
dixit, sed cū esset pontifex anni illius, vaticinatus est, quod Iesus  
moriturus esset pro gente, & non tm̄ pro gente, sed vt filios dei  
qui erant dispersi, congregaret in vnū. Ab illo ergo die consulta  
bant inuicē, vt interficerent eū. Iesus ergo iam nō pro palā ambu  
labat inter Iudeos, sed abiit in regionē iuxta desertū, in ciuitatem

quæ dicit Ephraim, & ibi versabat cū discipulis suis. Instabat autē pascha Iudeorū, & ascenderunt multi Hierosolymā e regione ante pascha, ut purificarent se. Quærebant ergo Iesum, & colloquebanū inter se, in templo stantes. Quid videbāt vobis, quod non venerit ad diem festū? Dederāt autē pontifices & pharisei preceptū: ut si quis cognouisset ubi esset indicaret, vt cōprehenderent eū.

## ¶ CAPVT. XII.

Jesus ergo ante sex dies paschæ venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit a mortuis. Fecerunt autē ei cœnam ibi, & Martha ministrabat. Lazarus vero unū erat de numero discubentiū cum eo. Maria ergo accepit librā vnguēti nardi pisticæ p̄ciosę: & vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis, domus autē impleta est ex odore vnguēti. Dicit ergo unus ex discipulis eius. Iudas Simonis Isca, tiores, q̄ erat eū proditurus: Quare hoc vnguentū non veniit tres cēcis denarijs & datū est egenis? Dixit autē hoc, non qđ pauperes illi curae essent, sed q̄a fur erat, ac marsupiū habebat, eaq̄ que mittebanū portabat. Dixit ergo Iesus: Sine illā, in diē sepulturę mee seruauit istud. Pauperes em̄ sp̄ habetis vobiscū, me vero nō semper habetis. Cognouit ergo turba m̄la ex Iudeis qđ illic esset, & venerūt non ppter Iesum tantū, sed vt Lazarū quoq̄ viderent, quē suscitauerat a mortuis. Cōsultabāt autē principes sacerdotū, vt & Lazarū interficerent: q̄a multi propter illū abibant ex Iudeis, & credebāt in Iesum. Postero die turba multa quæ venerat ad diē festū, cū audissent qđ veniret Iesus Hierosolymā, acceperūt

¶ ij